

## II

**Mons. Romolo CARBONI, Nunzio Apostolico in Italia, decreto di esecuzione della Bolla “Ut sit”, del 19 marzo 1983 (Archivio Generale della Prelatura dell’Opus Dei, Sez. L, Serie 1, n. 5371).**

**NUNZIATURA APOSTOLICA  
IN ITALIA**  
Prot. n. 15431/83

DECRETUM

De Apostolica sub plumbo Constitutione “Ut sit”, qua Opus Dei in Praelaturam personalem erigitur, perficienda.

---

Summus Pontifex Joannes Paulus, Divina Providentia PP. II, Apostolicis sub plumbo Litteris, quarum initium « Ut sit », die XXVIII mensis novembris, anno MCMLXXXII, Pontificatus anno quinto, Opus Dei in Praelaturam personalem ambitus internationalis erexit sub nomine Sanctae Crucis et Operis Dei, breviate autem nomine Operis Dei.

Idem Summus Pontifex, auctoritate Sua Apostolica, nobis, Romulo Carboni, Archiepiscopo titulo Sidoniensi et in Italia Nuntio Apostolico, memoratarum Apostolicarum Litterarum munus perficiendi benigne tribuit.

Easdem, itaque Nos, prae manibus tenentes Litteras, easdemque Praelato personali Operis Dei Reverendissimo Domino Alvaro del Portillo, officio fungentes, statim offerentes, ipsam Praelaturam personalem, uti statutum est, constitutam declaramus cum omnibus iuribus et privilegiis quae, ad normam iuris communis, Praelaturaे gaudent personales, simulque Reverendissimum Dominum Alvarum del Portillo Praelatitia dignitate et gradu insignitum, iuribus et privilegiis ornatum, oneribusque pariter et obligationibus ligatum,

ad normam iuris generalis et predictae Constitutionis Apostolicae,  
necnon priorum Statutorum, quae – « Codex iuris particularis  
Operis Dei » – nuncupantur, renunciamus.

Mandamus denique ut quae constituta et declarata sunt, ab iis,  
quorum interest, adamussim serventur.

Datum, Romae, in Basilica Sancti Eugenii, die 19 mensis Martii,  
Anno Domini MCMLXXXIII.

+ Romulus Carboni  
Archiepiscopus titulo Sidoniensis  
In Italia Nuntius Apostolicus